De

Dialecto Thessalica

commentatio.

Dissertatio philologica

quam

ad summos in philosophia honores ab amplissimo philosophorum ordine

in

alma literarum universitate Ludovico-Maximilianea rite impetrandos

scripsit

Hermann v. d. Pfordten,
Monacensis.

Monachii.
Christian Kaiser.
MDCCCLXXIX.

Preis ℳ 1. —.

De

Dialecto Thessalica

commentatio.

Dissertatio philologica

quam

ad summos in philosophia honores ab amplissimo philosophorum ordine

in

alma literarum universitate Ludovico-Maximilianea rite impetrandos

scripsit

Hermann v. d. Pfordten,

Monacensis.

Monachii.

Christian Kaiser.

MDCCCLXXIX.

De fontibus dialecti Thessalicae.

Cum dialecto Thessalica scriptores Graeci usi non sint, duo fontium genera exstant, ex quibus cognitionem dialecti haurire licet, tituli et veterum grammaticorum testimonia; itaque non tam inconstantiam quam exiguitatem fontium merito conquerimur. Neque enim satis multos nec satis vetustos titulos Thessalicos exaratos habemus, unde antiquioris dialecti speciem eiusdemque per diversas aetates variatas et commutatas formas adumbremus; et grammaticorum et lexicographorum testimonia perpauca sunt eaque parum certa.

Quae cum ita sint, nihil aliud propositum habeo nisi ut vetustiores et praestantiores titulos repetam literis minusculis expressos adiectis glossis Hesychianis, quae ad Thessalos pertinent; deinde quidquid ex eis ad cognoscendam dialecti speciem colligere licebit brevi exponam; tum in ea quae Thessalicae dialecto cum aliis vel Doricis vel Aeolicis communia sunt paucis inquiram.

Sed priusquam ad rem ipsam accedamus, non inutile videtur enumerare recentiorum scriptorum libros, in quibus tituli Thessalici vel editi vel repetiti sunt; quos ut omnes et cognoscerem et inspicerem, Bursianum virum doctissimum summa liberalitate et benevolentia me adjuvisse gratissimo animo profiteor.

Boeckh, corpus inscriptionum Graecarum, vol. I. pars VI. sect. IV. no. 1766—92. —

Ahrens, de dialectis Aeolicis, pag. 528 no. 1—7.—

Ussing, inscriptiones Graecae ineditae, no. 1—51. —
Keil, inscriptiones Thessalicae tres. —
Ross, archäologische Aufsätze, II. 467. —
Kirchhoff, Studien zur Geschichte des griechischen Alphabets, dritte Auflage, pag. 138. —
Cauer, delectus inscriptionum Graecarum propter dialectum memorabilium, no. 101—105. —
Archäologische Zeitung, 1876, pag. 31. —
Kaibel, epigrammata Graeca ex lapidibus collecta, pag. 202. no. 504—7. —
Dittenberger, Hermes 1878: XIII. pag. 395. —
Leake, travels in northern Greece, I. no. 9—17; III. 145—154; IV. no. 184—223. —
Rangabé, antiquités helléniques, I. pag. 406. no 9 u. 10; II. no. 742—749; 1812—1815. —
Lebas, inscriptions grecques et latines recueillies en Grèce et en Asie mineure, tome III. sect. VI. no. 1112—1319. — („Le commentaire confié à Mr. Foucart, est sous la presse.“) —
Mionnet, descriptions de médailles antiques grecques et romaines: tome 2, pag. 1—125;
supplément III. pag. 261—309. —
Heuzey, le mont Olympe et l'Acarnanie, no. 1—59. —
Heuzey et Daumet, expédition archéologique en Macédoine, pag. 421. no. 198—228. —
Duchesne et Bayet, mission au Mont Athos. — (hunc unum librum inspicere mihi non licuit.) —
Annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques, 1869—70 pag. 114. —
Revue archéologique, 1844: I. pag. 315, 318.
1873: XXVI. pag. 52.
1874: XXVIII. pag. 158.
1876: XXXI. pag. 253, 286.
1877: XXXIV. pag. 141. —

Ἀθήναιον, 1873: II. pag. 317. —
Ἀρχαιολογικὴ ἐφημερὶς 1874: XVII. pag. 442. —

Delectus titulorum Thessalicorum.

I. Vetustissimum omnium Thessalicorum titulum inter Pharsalum et Proërnam repertum ediderunt Heuzey et Daumet no. 199.

ΟΔΛΜΑΤΕRDΙΟΚΛΕΛΙΕΣΣΤΑΣΕΨCΝΟΙΙΙΙ
ΙΙΙΟΣΛΟΤΑΝΟRΟΣΟΛΕΤΟΟΛΑΓΑΘΟΣ
ΙΙΙΙΙΛΕΛΤΕΟΣΑDΕΛΘΕΟΣΕΣΣΤΑΓΕΛΟΙΙΙ
ΛΤΟΙΚΤΙRΑΣΑΝΔRΑΛΓΑΘΟΝΠΑDΙΤΟ

Confer quae exposuit C. Curtius in Bursiani „Jahresbericht" Vol. XV. pag. 62.

Titulus sepulcralis est quinto a. Chr. saeculo tribuendus.

Jam omnium primum dolemus, quod minus accurate editores edendum titulum curaverunt; neque enim lapidis formam et ambitum descripserunt neque literas ipsas satis bene expresserunt. Quibus de causis haud facilis est tituli emendandi et supplendi ratio. Apud Kaibelium hic titulus non legitur.

Atque primum versum sic explicandum putaveram:

Σᾶμα τόδ' ἁ μάτερ Διοκλέαι ἔσστᾰσε Χενό·
σῆμα τόδ' ἡ μήτηρ Διοκλέᾳ ἔστησε Χηνώ·

vocabulum *ἔστᾰσε* explicari posse ratus comparatis similibus quae apud Homerum leguntur *ὑπέρβᾰσαν* Il. *μ* 469; *ἔστᾰσαν* Il. *μ* 56; *σ* 346; Od. *γ* 182; *Χενό* = *Χηνώ* nomen esse matris.

Sane meliorem emendationem Christio debeo, qui in hoc titulo interpretando summa benignitate me adiuvit. Nam neque vocalis *ι* nominis *Διοκλέας* producta est, et post literas quae sunt *Χενο* deesse quasdam apparet. Itaque sic interpretandum videtur:

Σᾶμα τόδ' ἁ μάτερ Διοκλέαι ἔσστασε Χενόνα·

Σῆμα τόδ' ἡ μήτηρ Διοκλείᾳ 'στησε Χενώνη·

Διοκλείας et *Χενώνη* nomina etsi in ceteris titulis non exstant, tamen a Graecae linguae usu non abhorrent. Vocabulum *ἔσστασε* = *ἔστησε* legendum est elisa vocali *ἐ*, etsi in lapide scripta est; cuius scribendi rationis haud pauca exempla in titulis exstant.

Alterum versum sic legit C. Curtius:
υἷο (= *υἱοῦ*) *Σαοτάνορος· ὤλετο ὅδ' ἀγαθός·* (*ὅδ'* = *ὧδε·*) malim cum Christio *υἱὸς Βοτάνορος* = *Βουτάνορος*: confer quae in titulo V exstant nomina *Βούθοινος Παμβούτας*; itaque nomen *Βουτάνωρ* praefero ei quod ex literis traditis non minus recte efficitur *Δοτάνορος*. —

Versu tertio Christ coniecit

πὰρ δὲ Διοκλέαι ϝὸς ἀδελφεὸς ἔσστα Γελονός·

πὰρ δὲ Διοκλείᾳ ὃς ἀδελφεὸς ἔστη Γελωνός·

Διοκλέαι dativum esse; literas *TE* quartam et quintam *ιϝ* legendas; extremo versu literas *νος* supplendas esse censet. *ϝὸς* pronomen possessivum tertiae personae est, sicut *ϝοῖ* habemus dativum eiusdem stirpis. Vocabuli *ἔσστᾰ* = *ἔστη* vocalis *ᾰ* correpta est; comparanda sunt quae apud Pindarum legimus *τίθεν* Pyth. III. 65; *στὰν* Isthm. VII. 58; confer Boeckhium ad Pyth. IV. 120 *ἔγνον*. Quodsi Joannes Schmidt (Kuhn's Zeitschrift für vergleichende Sprachforschung XXIII. 282.) rectissime contendit, in aoristis qui dicuntur secundis primum vocalem in formis numeri singularis longam (*ἔστην*), pluralis brevem (*ἔστᾰμεν*) fuisse, deinde has illis adaequatas esse (*ἔστησαν*) vocalemque et in singularis et in pluralis formis productam, huius tituli vocabulum *ἔστᾰ* e contrario a pluralis formis brevem *ᾰ* sumpsisse recte putabimus.

Quartum denique versum sic potissimum emendabimus:

πᾶς δὲ κατοικτίρας ἄνδρα ἀγαθὸν παρίτω·

Formam vocabuli *οἰκτίρω* non *οἰκτείρω* in vetustioribus

titulis Atticis exstare docuit Kirchhoff (Monatsberichte der Berliner Akademie der Wissenschaften 1872 pag. 237.); eius sententiam secutus R. Prinz in Euripidis Alcestide, quam edidit Lipsiae 1879, omnibus locis *οἰκτίρειν* scribendum statuit. —

Jam totius tituli emendatiorem lectionem proponimus:

Σᾶμα τόδ' ἁ μάτηρ Διοκλείᾳ 'στασε Χενώνα·
Υἱὸς Βουτάνορος ὤλετο ὧδ' ἀγαθός·
Πὰρ δὲ Διοκλείᾳ ϝὸς ἀδελφεὸς ἔστα Γελωνός·
Πᾶς δὲ κατοικτίρας ἄνδρ' ἀγαθὸν παρίτω.

II. Lapidem Melitaeae repertum literarum forma et antiquitate insignem ediderunt Ussing no. 51. Lebas no. 1180. Kirchhoff pag. 138. —

Titulum sepulcralem esse apparet.

ΑΛΚΙΜΑΨΟV
.ΕΚVΟΝΑΘΕΝ

Ἀλκιμάχου malim cum Kirchhoffio pro genetivo habere quam cum Ussingio pro dativo. Dittenberger (Hermes XIII. 395) cum neget aut Thessalis genetivos in *ου* desinentes in usu fuisse aut dativum tali modo in sepulcris usurpatum, Secyoniae dialecto titulum tribuit.

Exstant tamen genetivorum in *ου* exeuntium in titulis Pharsalicis exempla satis multa (vide infra). Alterum verbum et Bursian et Dittenberger suppleverunt *Σεκυόναθεν* = *Σεκυώνηθεν*· nam *Σεκυών* non *Σικυών* genuinam nominis formam esse docuit Bursian. (Geographie von Griechenland II. 24. Anm. 1.) Contra Kirchhoff propter suffixum *αθεν* pro eo quod expectamus *οθεν* de ethnico dubitare sese profitetur. Dittenberger formam ceteris dialectis inusitatam tamen respuendam non putavit similibus collatis, veluti

τὰ Μέγαρα — *Μεγαροῖ* — *Μεγαράδε* — *Μεγαρόθεν* —
Πειραιεὺς — *Πειραιοῖ* — *Πειραιόθεν* —
Ὀλοοσσών — *Ὀλοοσσίηθεν* — aliis multis.

Itaque *Σεκυώνηθεν* legendum erit. Titulum autem etsi is cuius in honorem erectum erat sepulcrum Secyone ortus erat, tamen Thessalicae dialecto adscribemus; solebant enim omnino sepulcra inscribi usu et formis dialecti eius gentis, cuius in finibus condita erant. —

III. Titulum Pharsalicum satis vetustum ediderunt Heuzey et Daumet no. 201.

ΔΑϜΟΝΤΑΦΙ
ΔΙΤΑΙΤΑΠΕΙΟΣ

? *δαρον τἀφρ-*
(ο) δίται τᾶ πειθõ

Jam omnium primum tertiam literam non digamma, sed *ρ* interpretandam esse rectissime monuerunt editores. Fortasse *δõρον* = *δῶρον* legendum. *τἀφροδίτᾳ τᾶ Πειθõ* = *τῇ Ἀφροδίτῃ τῇ Πειθοῖ*, cum crasi; iota neglectum non offendit, etsi scriptum sit in *Ἀφροδίται*. De cultu huius deae conferas Conze, Reise auf der Insel Lesbos, pag. 11. tab. IV. no. 3. — Hunc cultum Thessalis et Lesbiis communem fuisse non nullius momenti est; Mercurius quoque hic et illic inter primos colebatur. —

IV. In cymbalo aëneo (confer Fraenkel archäologische Zeitung 1876, pag. 31.) inscriptio literis satis vetustis exarata est, quam Oeconomides (*ἐποίκια Λοκρῶν γράμματα* pag. 129.) edidit, Kirchhoff pag. 139. repetiit.

ΚΑΜΟΥΝ ΗΘΥΣΕ ΤΑΙ ΚΟΡϜΑΙ

Κάμουν ἔθυσε τᾶι Κόρϝαι·

Etsi de loco, ubi inventum sit cymbalum, dubitatur, tamen propter formam nominis *Κάμουν* Thessalicae dialecto titulum adscribendum esse Oeconomides censuit. Kirchhoff recte monet literarum formas easdem esse atque tituli Phthiotici II; nisi quod *θ* formam ⊗ pro *Θ* praebet, *ο* aliquanto exiliorem *ο* pro *Ο*. —

Imprimis notanda est forma verbi quod est *κόρϝα*, ex

qua et Lesbiacum *κόρρα* et Ionicum *κούρη* explicanda esse apparet. Fick (vergleichendes Wörterbuch der indogermanischen Sprachen I, 43; II, 67.) verbum *κώρα κούρη* radici kar = currere adscripsit sanscritum carî comparans; *κουρο* ex *κορjo* explicandum esse. Quod quidem quominus comprobemus, forma quae est *κόρϝα* prohibemur. Contra Curtius (Grundzüge der griechischen Etymologie[4] 148. Studien zur griechischen und lateinischen Grammatik I. 250.) verbum *κοῦρος κούρη* a radici skar = *κερ* (*κείρω* = *κέρ-jω*) derivavit. Confer Christ, Grundzüge der griechischen Lautlehre pag. 279. Immo *ϝα* = Latine va terminatio est nominum; confer *ξένϝος* — *ξεῖνος* — *δέρϝα* — *δειρή* — alia. —

V. Titulum anno huius saeculi 61 prope Pharsalum in aede sacra vici, qui nunc Rhizi appellatur, repertum edidit Heuzey (annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques 1869/70 pag. 114.): repetierunt aliquanto et accuratius et emendatius descriptum Heuzey et Daumet no. 200. —

Literae in marmore nigro exaratae optime servatae sunt, vetustate non ita insignes, forma haud raro inter se discrepantes. Est autem decretum Pharsaliorum, quod Heuzey priori parti quarti a Chr. n. saeculi attribuit, priusquam Thessalia a Macedonibus occuparetur. Praestantissimum est dialecti documentum formarumque Thessalicarum plurima exempla praebet. Quae verba longae nominum propriorum seriei praescripta sunt, sic Heuzey complevit et emendavit:

1 *ἀ(γαθὰ τύχα·) ἁ πόλις Φαρσαλίουν τοῖς καὶ οὑς ἐξ ἀρχᾶς συμπολιτευομένοις καὶ συμπο-*

2 *λ(εμείσσα)σσι πάνσα προθυμία ἔδουκε τὰν πολιτείαν καττάπερ Φαρσαλίοις τοῖς*

3 *ἐ(ξ ἀρχᾶς πολ)ιτευομένοις ἔδουκαεμμα ἐμ Μακουνίαις τᾶς ἐχομένας τοῦ λουέρχου*

4 *γᾶ(ς .?. πλέ)θρα ἑξείκοντα ἑκάστου τοῦ εἰβάτα ἔχειν πατρουέαν τὸμ πάντα χρόνον*

5 *τ(αγευόντουν) Εὐμειλίδα· Νικασιαίου Λύκου Δρουπακείου Ὀτολύκου Μνασιππείου Λύκου*

6 *Φερε(κρατ)είου Ἀντιόχου Δυνατείου.*

Initio tituli pro eo quod Heuzey dedit *ἀγαθὰ τύχα· ἁ πόλις Φαρσαλίουν* malim articulo omisso *ἀγαθά τύχα· πόλις Φαρσαλίουν* analogia adductus complurium titulorum, quos edidit Lebas: *ἀγαθὰ τύχα· πόλις Θαυμακῶν· ἀγαθὰ τύχα· πόλις Σεβαστηνῶν·* aliorum. *Ἀγαθὰ τύχα* pro dativo habere licet *ἀγαθᾶ τύχα* iota non adscripto, sicut versu 4 *ἑκάστου τοῦ εἱβάτα = ἑκάστῳ τῷ ἡβήτῃ·* versu 2 *πάνσα προθυμία.* — versu 3 lapicida gravi errore *εδουκαεμμαεμμακουνιαις* exaravit; *ἔδουκε ἐμ Μακουνίαις* legendum est; non *ἔδουκα* servata *α* pro *ε*, cuius scripturae simile exemplum non exstat. *Μακουνίαι = Μηκωνίαι* nomen est fundorum a papavere petitum. Nomen proprium *Μακόνιος* legitur in titulo, quem ediderunt Boeckh C. J. G. 1773. Lebas 1184. — *Λούερχος = Αφερχος* nomen fluminis (vel montis) esse videtur; neque tamen ab ullo scriptore commemoratum inveni. — Versu 5 Heuzey verbum quod est *ταγευόντουν* ex aliorum titulorum analogia certissime scribendum coniecit. — Sequuntur nomina magistratuum. *Δρουπάκειος*, confer *δρωπακίζειν* quod idem valet ac *πιττοῦσθαι* Lucianus, Demonax 50.); comoedia Philemonis incripta erat *ὁ πιττοκοπούμενος* = homo effeminatus, pice pilos evellens. — Enumerantur deinde nomina eorum, quibus civitas aequo iure ac Pharsaliis ipsis decernitur, sive peregrini sive libertini fuerunt sive servi belli domique bene meriti.

Quattuor columnis exarata sunt, quas singulas describere visum est. Prima haec continet:

7 *Ὄροβις Κολλίσταιος* [*ὄροβος* = cicer]

Φιλοκράτεις Φιλούνειος

Χαρικλε(ῖ)ς Φιλοχάρειος

10 *Κλέουν Ἡρακλείδαιος*

Φαλαρίουν Σαρδούνειος

Κολύσστας Ὀροβίειος — fratres. [unde versu 7 conicio *Ὀρόβιος* scribendum]
Ἀσστόμαχος Ὀροβίειος
Παρμενίσκος Ἀγαθούνειος
Μυλλίνας Βιρρούνειος — [*μύλλειν* = labra comprimere.] pater cum filio.
Βίρρουν Μυλλίναιος
Γάλιος Πολυκλείτειος [confer *Γάλαιος* XIV,5.]
Ὀνάσιμος Νικηράτειος
Παρμενίσκος Σαρδούνειος
Καλλίστρατος Εὐδόξειος — pater cum filio.
Εὔδοξος Καλλιστράτειος
Φίλαπρος Φειδούνειος
Φάλακρος Οὐφελίμειος
Φάλακρος Ἱπποκράτειος
Πείσσας Ἀργούνειος
Ἀσσκλαπιάδας Δαμούνειος
Δράστας Αἰσσχίναιος
Εὐφρόνιος Μαντικλεῖος
Πίτοινος Ἀντιόχειος [confer 2,44.]
Ὀνύμαρχος Χάββειος — fratres.
Εὐκρατίδας Χάββειος
Φιλόνικος Γενναίειος — fratres.
Σπύραγος Γενναίειος
Ἄσκετος Σαβυρούνειος
Νικόμαχος Ἀναξάνδρειος
Ἀγάσσας Μινδύειος — fratres.
Καλλικλέας Μινδύειος
Φαλίνιχος Παρμενιούνειος
Ἄσσας Δενδίλειος — pater cum filio.
Δένδιλος Ἄσσαιος
Παύσουν Πανσανίαιος — pater cum filio.
Πανσανίας Παυσούνειος
Νικίας Φιλοξένειος
Ξενόφαντος Νικίαιος — fratres.
Φιλόξενος Νικίαιος

Σπεύδουν Ἀλαθονίκειος
Ἱπποκλέας Σπευδούνειος
Φιλούτας Σπευδούνειος } fratres.
Ἀλεξίμαχος Ἀλεξιούνειος
Σουσίχαρμος Ἀλεξιούνειος } fratres.
Μιλτίας Σιμμίαιος
Σιμμίας Μιλτίαιος } pater cum filio.
Ἀπεράξεις Ὑβριλάειος
? *σθένειος*
? *πένειος*
? *άτειος*

Secunda columna haec nomina continet:

7 *Ἐπ(ι)κράτινος Ἰσμηνίαιος*
Λυσίμαχος Λυσούνειος
Ἀντιγένεις Φιλοξένειος
Κριτόλαος Ἀντιγένειος
Ἔχιππος Ξενοκλέαιος
Δίφιλος Πύρρειος
Πυθοκράτεις Ἐπιγένειος
Θέστουρ Νικάνδρειος
Λ(ύκ)ος Ἀργούνειος
Μένουν Ἀντόχειος [*Ἀντιόχειος*?]
Τιμόξενος Ξενοτίμειος [confer 3,12.]
Θίβρουν Ὑβρίσσταιος
Βίρρουν Χορριούνειος
Αὐτόνοος Μύλλειος
Δεινίας Δαμοφίλειος [confer Curtius Studien VIII. 456.]
Ἡρακλείδας Γασστρούνειος
Σιμίουν Γασστρούνειος } fratres.
Σατυρίουν Νικούνειος,
Βατθέκας Βασανίειος
Δάμουν Εὐφρονίειος
Καλλικλέας Αἰσσχίναιος

Ὑβρίσστας Δικαίειος
Ἱέρουν Στρατούνειος
Καρίουν Ἱπποκράτειος
Ἱπποκρότεις Καριούνειος — [nomen servi.] pater cum filio.
Σίμουν Ἀριστοίνειος
Ξενοκράτεις Ἀριστούνειος — fratres.
Φερένικος Κεφαλούνειος
Μάχιος Κεφαλούνειος — fratres.
Σουκράτεις Λυσανίαιος
Γ(έ)νναιος Ἀσάνδρειος
Δαμοπείθεις Ἀλεξίειος
Ἄστυλος Στροφάκειος
Εὔδοξος Ἀσούνειος
Λέουν Καλλιφάνειος
Γέραιος Καλλιφάνειος — fratres.
Ἀριστόφιλος Ἀριστούνειος
Δροίπυλος Πιτοίδαιος [confer 1,29.]
Μέννεις Ἱστιαίεος [*Ἱσστιαίε(ι)ος*]
Ὑβρίστας Εὐβοίειος
Μνασίδαμος Ἐχέμμαιος [nomen Creticum.]
Γένναιος Θεορδότειος
Φίλιππος Ἀντιφάνειος
Ἀντιφάνεις Φιλίππειος — pater cum filio.
Φειδίας Αὐτοβούλειος
Θεόφιλος Ἐπικρατίδαιος
Βρέχας Ὑβρίσταιος
Πολίτας Εὐξενίδαιος
Εὐξενίδας Πολίταιος — pater cum filio.
Σατυρίουν Ὑβρίσταιος

Tertia columna haec nomina continet:

Ὄνασος Θεοδούρειος
Θεόδουρος Ὀνάσειος — pater cum filio. [confer 2,48.]
Ἀνδρόμαχος Φαλαίκειος
Διότιμος Φαλαίκειος — fratres.

Πέτρουν Παμβούταιος [Παμβωτάδαι — demus Atticus.]
Ἀντιγένεις Ἀντιγένειος [filio idem ac patri nomen est. confer 2, 17.]
Ἀρχίπ(υ)λος Λεοντοκράτειος
Ἀγάθαρχος Νικούνειος
Κιθαίρουν Εὐφρανόρειος
Ἀνδροκλεῖς Ἀνδρέαιος
Εὐπόλεμος Δεινομένειος — fratres.
Βάκχιος Δεινομένειος
Αὐτόνοος Ἀγαθούνειος — pater cum filio.
Ἀγάθουν Αὐτονόειος
Δρόμισσκος Ἀγαπίρρειος
Σίμος Ἀντιγένειος
Ἀμοίβας Καλλιστράτειος
Δεινίας Ταυρούνειος
Μίκκυλος Λυσιπόνειος [deminutivum eius quod est μίκκος-μικρός boeoticum-doricum.]
Λυσίπονος Μικκύλειος — pater cum duobus filiis.
Ἡρακλείδας Μικκύλειος
Σίμος Ἀγαθοκλέαιος
Ἄσανδρος Πυρρίαιος [nomen servile usitatissimum.]
Παρμενίσκος Ἁρμοδίειος
Μνασίμαχος Ἀσστονόειος — tres fratres.
Καλλικλέας Ἀσστονόειος
Φόξινος Ἀσστονόειος [genus piscis. Aristoteles hist. an. VI. 14.]
Κλεοφάνεις Δεματρίειος [Δε(ι)ματρίειος?]
Ἀσστομείδεις Κλεοθοίνειος
Βούθοινος Παιδίναιος — fratres.
Παρμενίουν Παιδίναιος
Φρύνισσκος Εὐαγόρειος
Βούδουν Καλλιστράτειος

40 Ἀμείσσας Πιθούνειος
Μαρσύας Ἀμύνταιος
Πολυκράτεις Μαρσύαιος — pater cum duobus filiis.
Δεινίας Μαρσύαιος
Εὔδαμος Κλεοθοίνειος
45 Ἀντίγονος Μελανθίειος
Στρατόνικος Ἀργούνειος — pater cum filio.
Χρείσουν Στρατονίκειος
Μελάνιππος Περραίειος
Ἀγέμαχος Περραίειος — tres fratres.
50 Παύσουν Περραίειος
Πέρρας Χαυλάειος
Ἀντιμένεις Ἀγελάειος
Νέουν Μελανιόρειος
Αἴσχυλος Μνασούνειος
55 Φιλόξενος Μνασούνειος — tres fratres.
Εἱρουΐδας Μνασούνειος

Quarta columna haec nomina continet:

7 (Λ)ύκος Χανύειος
Νικάσσας Μικύλλειος
Ἀμύντας Αὐτονόειος

Insequentes servi fuisse videntur, quia libero vel libertini filio patris nomen adscribitur, servus servique filius quasi patre carent.

10 Λυκίας
Εὐφρόνιος
Μικίνας
Κεφάλουν
Εὐφρόνιος
15 Εἱρουΐδας
Γίγουν
Ἀγάθουν
Κεφάλουν
Σίμος

Πείθουν
Δαμάρατος
Γλαῦκος
Π υ θ ό ρ μ α ς
Ἀγροίτας
Κλεογένεις Σίμειος
Κλεῖτος
Σουσίας
Νόστιμος
Δέξανδρος
Αὐτόλυκος
Ἀρκέσουν
Ἡρακλείδας

Quam rationem aut quem ordinem in longa nominum serie tituli auctores secuti sint, intelligere mihi non contigit. Scripturae vel eiusdem verbi saepe inter se discrepant. Nomina satis multa ignota sunt; quae formae novitate insignia videbantur aut quae in ceteris titulis non leguntur, literis latius dispositis expressa sunt. More Graecorum notissimo nepoti idem atque avo nomen est, cuius moris undecim exempla titulus praebet. Tertiae columnae versu 41 et 46 cum res non ita sese habeat, non inepte coniciamus, filios avorum nomina habentes Amyntam Marsyae et Argonem Stratonici mortuos fuisse. Nomina autem saepe ab edendo bibendo equitando belligerando vel a corporis forma petita sunt.

VI. Alterum titulum Pharsalicum ediderunt Heuzey et Daumet no. 202/3:

A. (*Φαρσάλι*)*οι ἀνεθείκαιν*
(*εὐξάμ*)*ενοι Διὶ Σουτεῖρι*
(*ταγ*)*ενόντουν*
? *αος Βλιχανείου* [*βλιχανώδης*-tenax.]
? *μάχου Σκολλείου*
? *λέαος Ἀστονοείου*
? *ου Μεννείου* [confer V, 2, 45.]

? ὄχου Φιλονικείου

Versu 1: de forma verbi ἀνεθείκαιν vide infra.

B. fragmentum mutilum:

? ινείου
? ογενείου
? Ἐμπεδιουνείου
? χαίου Ἀγειτορείου
? νίππου Παναιρείου

Formae dialecti satis bene servatae sunt.

VII. Titulum Larissae repertum ediderunt Keil no. I. Ussing no. 21. Lebas no. 1233.

Αὐτονόει(ος)
ὀνέθεικε

Keil:	Ussing:
τὸν Ποτείδ(α)-	τῶι Ποτειδῶ-
ν ἰπὲρ τοῖ πα(ι)-	νι (ὑ)πὲρ το(ῦ) πα-
δὸς Αὐτονόο(ι)	(τρὸς) Αὐτονόο(υ)

Ussing ipse iusto audacius forsitan in restituendo titulo coniectura usum se profitetur. Sed ne id quidem certum est, quod Keil dedit, qui versu 3 Ποτείδαν legendum censet, cum post literam Δ nihil nisi C servatum sit, ex quo ΔΟ non ΔΑ facile elicitur. Ad lacunam explendam Wald (additamenta ad dialectum et Lesbiorum et Thessalorum cognoscendam, Berolini 1871, pag. 35.) coniecit Ποτειδοῦνι, ου pro ω Thessalico more scribens: τοῦ Ποτειδοῦνι. Ahrens (Philologus XXIII. 21.) proposuit Πότειδον. Mihi quidem quod Wald coniecit τοῦ Ποτειδοῦνι maxime placet, in articulo ΤΟΥ litera Ν in Υ mutata leniore correctura quam si C pro Δ interpretamur. Versu 4 malim ἱπὲρ quam ἰπέρ; confer infra de aspiratione Thessalica.

VIII. Titulum Crannone repertum ediderunt Leake III. 149. Keil no. II. Ahrens no. 1 et 2. Lebas no. 1211.

Α. ? οσιναγυ Μνασια(δαίοι)
? Μυσκελεῖοι ἔδο(ξε τοῦ κοινοῦ τᾶς) (πόλιος· ἐπ)ειδεὶ
Ἱππόδρομ(ος)

? (Λαρίσσ)αιος διετέλει εὐεργε(τὲς τὸ κοι-)
(νὸν) τᾶς πόλιος δεδόσθαι αὐτ(οῦ καὶ τοῖς)
(ἐσ)γόνοις πολιτείαν κὰτ τὰ (νομιζόμεν-)
(α πὰρ) τοῖς Κραννουνίοις· ὑπαρχ(έμεν δὲ)
(καὶ π)ροξενίαν αὐτοῦ καὶ τ(οῖς ἐσγόνοις·)
(ἐπιμελ)ειθεῖμεν (δὲ) τ(ὸν ταμίαν ὅπους τόδ-)
(ε τὸ) ψάφισμα ὀνγραφεῖ ἐν κίον(α καὶ ὀντε-)
(θεῖ ἐ)ν τὸ Ἀσκλαπιεῖον καὶ (τὸ ἐν τὸν κίονα)
(γενόμ)ε(ν)ον ὀνάλουμα δόμεν ?
(ἐκ) τ(άουν) κοινάουν ποθόδουν.

Sic Keil correxit et emendavit. Contra Ahrens versu 6 κὰτ τὰ (καὶ τοῖς πολί-)

(ταις) τοῖς Κραννουνίας ὑπάρχει·

mihi quidem quod Keil dedit praeferendum videtur, quod Ahrens κακτὰ — καττάπερ explicat, cuius simile exemplum in titulis Thessalicis non exstat.

Versu 11 καὶ (τὸ ἐν ταῦτα)

(γενόμενον) ὀνάλουμα δόμεν
(ἐς) τ(άουν) κοινάουν ποθόδουν·

Apographa praebent *T T* . . . κοινάουν ποθόδουν· unde colligas ἐτ τάουν restituendum collato *B* 15 ἐτ τᾶ προανγρέσ(ει)· hic ἐπ' τᾶ illic ἐκ τάουν assimilatis literis confluxerunt in εττα.

Ceterum malim ἐτ τοῦν κ. π., cum trium literarum spatium inter *T* et *K* intersit.

B. (Στροτα)γέντος τοῦν Π(ελασγιουτάουν Λ-)
(ίοντος) Πανσανιαίοι Ματροπολ(ίταο τα-)
(γενό)ντουν Σιλάνοι Ἀστο(μαχείοι)
? ουνος Ἀντιγενείοι Γεν(νάοι Αὐτ-)
(ον)ονείοι Γεννάοι Αἰσχύλ(είοι ?)
(Κ)αλ(λ)ισ(θε)νείοι ταμιε(υόντουν)
? (Ἀ)ντιγονείοι Φείδουνος Εὐ(δοξιείοι)
? ος Ἀντιγενείοι λέξαντο(ς) ἐ(πειδεὶ)
(Λ)ίουν Πανσανίαιο(ς) Ματροπ(ολίτας δι-)

(ετέ)λει εὐεργετὲς τὸ κοινὸν τᾶς πό-
(λι)ος ἔν τε τοῖς πρότερο(ν χρόνοις καὶ)
(νῦν ἐν) τᾶ ἀρχᾶ τᾶ ἑαυτοῖ καὶ (κοινᾶ πάντ-)
(εσσι κ)αὶ καϑ' ἰδδίαν ἄϊν τοῦ χρείαν (ἔχοντι)
(ἔδοξ)ε τοῦ κοινοῦ τᾶς πόλιος (ἐπηνεῖσ-)
(ϑαι) Λίοντα ἐ(πὶ) τᾶ προαγγρέσ(ει τὰν ἔχει)
(καὶ π)ὸτ τὰν πόλιν καὶ πὸ(ϑ' ἕκαστον τ-)
(οῦν) πολιτάουν καὶ δεδό(σϑαι καὶ αὐτοῦ)
κ(αὶ τοῖς ἐσγόνοις αὐτοῖ προξενίαν καὶ
ἀσυλίαν καὶ ἰσοτιμίαν καὶ (πάντα τὰ λοι-)
πὰ αὐτοῦ ὑπαρχέμεν τίμια (ὁπόττα καὶ)
τοῖς λοιποῖς προξένοις· καὶ (ἐπιμελειϑεῖμεν τὸν)
τα(μί)αν Φείδουνα Εὐδόξει(ον ὅπους ἀπὸ)
(τᾶς) τοῦν ταγοῦν γνούμας (τόδε τὸ ψάφ-)
(ισμ)α ὀνγραφεῖ ἐν κίονα λίϑινο(ν καὶ ὀντ-)
ε(ϑεῖ) Ἄ(πλ)ουν(ι) ἐν τοῖς ἱαρούτοις· (τὸ δὲ)
(ὀ)νάλουμα τὸ γενόμενον (ἐν τὸν κίονα ἐγγρα-)
(φέμ)εν ἐν τοῖς λόγοις τᾶ(ς πόλιος.)

Ahrens legit versu 4 Ἀριστονοείοι·
versu 6 Ἀλαισουνείοι·

Leakii apographum praebet *ΛΛΑΙΣΟΣΝΕΙΟΙ*, ex quo *Καλλισϑενείοι* facilius quam *Ἀλαισουνείοι* efficitur, cum *ΛΑ, ΣΕ, ΟΘ* saepe confundantur.

Versu 13 (οὐ) δικάοι ἄλλαν αὐτοῦ χρείαν (γίνεσϑαι), quod quidem procul abest ab eo quod praebet Leake: *ΛΙΚΑΟΙΛΛΙΛΝΛΙΝΤΟΥ*; itaque Keilii lectionem praeferemus, nisi quod malim καϑ' ἰδδίαν geminata litera δ, quam ille omisit.

Versu 15 *αιοντα εττατροαγγρεσ* verba non distinxit; Keilii lectio comprobanda, nisi quod ἐτ τᾶ quod ille in ἐπὶ τᾶ correxit defendendum videtur, cum Leakii apographum luculenter *ΕΤΤΑ* praebeat. confer ad *Α* 13.

Versu 16 — καὶ πο(ττὸ κοινὸν
(τοῦν) πολιτάουν·

Keil melius interpretatus esse mihi videtur: καὶ πὸθ' ἕκαστον τ. π, cum antecedat πὸτ τὰν πόλιν.

Versu 19 — καὶ τἆλλα
πάντα·
sed Leakii apographum ΓΔ praebet, quod Keil optime explevit: λοιπά.

Versu 20 εοα. ακρουν ἐν το(ῦ) ἱαροῦ τοῖ Σ . . .

Keil ipse ακρουν in Ἀπλουνι mutatum sibi admodum esse dubium confitetur. ἐν τοῖς ἱαρούτοις praebet apographum. Equidem quid verisimilius proponi possit non intelligo.

Versu 1 Στραταγέντος, non στροταγέντος supplendum; qua de re infra agetur; versu 2 Ματροπολιτάου, non — αο.

IX. Titulum Metropolitanum ediderunt Leake IV. 219. Keil no. III. Ahrens no. 8. Lebas no. 1193.

Ἰούνειος Ἀντι(φά)-
νεις Πυρρίναι(ο)-
ς Ἀστέμαχος (Δ)-
αμαινέτειος (Π)-
αναῖος (Π)απ(πο)-
·ύνειος (Παυσ)-
(α)νίας Εὐκλε(ίδ)-
αιος Ἀνδρόμ(α)-
(χο)ς (Θε)ο(σ)δότ(ει)ο(ς)
(Θρ)ασύας Εὐ-
οφ(ε)λίνειος Δ(ι)-
ονύσιος Κλι(ω)ν-
(ίδ)αιος Παρμέ-
(νουν) Τεύταιος?
(Ἴ)ουν Ἀ(ρ)νιάδαιος
(Ἡ)ρακλείδας
(Με)λαν(τίχ)ειος
(Ὠ)φέλιμος
Ἑρμίαιος

20 *Ἐρ(α)τοκλία(ς)*
(Ἡ)ρακλείδαιος
(Φό)ννιος Ἐρα?(τοκλίαιος?)

Ahrens legit versu 1 *Ἀντιγένεις*· sed Leakii apographum praebet *ΑΝΤΙΟ*, ex quo facillime efficitur *Ἀντιφάνεις*.

Versu 2 *Πυρρίδαιος* pro *Πυρρίναιος* nescio qua de causa correxerit; confer V, 3,29 *Πυρρίαιος*· est autem *Πυρρίας* nomen servi, *Πυρρίδας* Megarensis; non est, cur *Πυρρίνας* nomen Thessalicum esse nequeat.

Versu 5 *(Ἀθ)αναῖος*· Keil *Παναῖος* scripsit secutus titulum C. J. G. vol. II. pag. 989. no. 1957 e.

Versu 9 *(ο)ςορορδοττο* praebet apographum Leakii; Keil coniecit *Θεοσδότειος*· malim *Θεορδότειος* (V, 2, 48.); apographum minus accuratum videtur vel literae nimis detritae.

Versu 11 *Ἐργοφιλίνειος*·
12 *Κλιομαχίδαιος*·
14 *Κρεύγαιος*·
15 *Αἰνιάδαιος*·
16 *Εἰρακλείδας*· Keil *Ἡρακλείδας*, quod propius accedit ad *Π* apographi; confer infra.

Versu 20 Keil et Ahrens *Ἐροτοκλία(ς)* mutaverunt in *Ἐρατοκλίας*: confer ad VIII. B. 1.

Versus 22 duas primas literas recte supplevit Keil comparato titulo Gomphensi, Lebas no. 1195.

X. Titulum in finibus veteris Atracis repertum ediderunt Boeckh C. J. G. 1766. Leake III. 145. Lebas 1194. Cauer 102.

Ἄπλουνι κερδοίου Σουσίπατρος
Πολεμαρχίδαιος ὁ θύτας
ὀνέθεικε ἱερομναμονεί-
σας καὶ ἀρχιδαυχνοφορείσας

Boeckh *ἀρχιδαυχνοφορείσας* explicavit per
ἀρχιθεωρὸς ὢν δαφνοφορήσας.

Literarum formae non ita vetustae sunt, sed dialecti formae bene servatae.

XI. Titulum inter Larissam et Tempe prope Peneum repertum ediderunt Boeckh C. J. G. 1767. Lebas 1291. Leake III. 147.

Ἄπλουνι τεμπείτα
Αἴσχυλις Σατύροι
ἐλευθέρια

Léon Renier (revue archéologique 1844, I. pag. 318.) proposuit: *Ἄπλουνι Τεμπειτάου*
Αἴσχυλις Σατυρεία
ἐλευθέρια

quae coniectura mihi quidem optime placet, quia usui Thessalico maxime congruit nec difficili correctura opus est.

XII. Phthioticum titulum ediderunt Boeckh C. J. G. 1768. Lebas 1185.

(Ἀρι)στοκράτεια
? τταρδιεία
(Ἀρτ)έμιδι λοχε-
(ίαι) τᾶι εὐε(ργέτιδι)

Boeckh coniecit *ἐνεργέτιδι* ex eo quod apographum praebet ΕΥΕΜ. ? *τταρδιεία* incertum.

XIII. Titulum recentiorem Larissaeum formam verbi vetustiorem exhibentem edidit Heuzey, le mont Olympe et l'Acarnanie, no. 55.

Κυναγία
ὀνέθεικε

XIV. Titulum recentiorem Melitaeae repertum ediderunt Rangabé 692. Ussing 2. Cauer 104.

Μελιταιέοις καὶ Πηρέοις ἔκριναν οἱ ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν αἱρεθέν-

τες δικασταὶ Δωρίμαχος Πολεμαῖος Ἀργεῖος Καλυδάνιοι αὐτῶν
ἐπιχωρησάντων ἐξ ὁμολόγων· Ὅρια μὲν εἶμεν τᾶς χώρας Μελιταιέ-
οις καὶ Πηρέοις ὡς ὁ Ἀκμεὺς ἐμβάλλει ἐν τὸν Εὔρωπὸν καὶ ἀπὸ τοῦ
Ἀκμέος ἐν τὰν παγὰν τοῦ Γαλαίου καὶ ἀπὸ τοῦ Γαλαίου ἐν τὰν Κολω-
νὰν καὶ ἀπὸ τᾶς Κολωνᾶς ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον ἐπὶ τὲ Εὐρύνια καὶ ἀπὸ τῶν Ε(ὐ)-
ρυνίων κατὰ τῶν ἄκρων ὡς ὕδωρ ῥεῖ ἐν τὸν Εὔρωπόν· ἐκ τοῦ Εὐρω-
ποῦ ἐν τὸν Ἐλιπῆ· ἀπὸ τοῦ Ἐλιπέος ἐν τὸ νέμος τὸ ἄγον ἐν τὰν Ἄμ(πε)-
λον· ἀπὸ τᾶς Ἀμπέλου κατὰ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὸ Ὕπατον· ἀπ(ὸ)
τοῦ Ὑπάτου ἐν τὸν Κερκινῆ· ἀπὸ τοῦ Κερκινέος ἐν τὰν Μύνιν· ἀπὸ τᾶς Μύνιος ἐν τὸν Εὔρωπὸν τοῦ Σκαπεταίο(υ)
καὶ τοῦ Εὐρωποῦ ἐν τάν συμβολάν· τὰν δὲ δημοσίαν χώ-
ραν τούς τε Καράνδας καὶ τὰν Φυλιαδόνα μὴ ἀποδόσθων Μ(ε)-
λιταεῖς ὥστε πατρῴαν ἔχειν τὸν πριάμενον πολιτευόντω(ν)
Πηρέων μετὰ Μελιταιέων ἀλλὰ κατ' ἄνπαλον μισθούντω κ(α)-
θὼς καὶ τὸ πρότερον· εἰ δέ κα ἀποπολιτεύωντι Πηρεῖς ἀπὸ Με(λι)-
ταέων περὶ μὲν τᾶς χώρας ὅροις χρήσθων τοῖς γεγραμμένοις· (λα)-
χόντες ἀποπορευέσθων βουλευτὰν ἕνα καὶ τὰ δάνεια συναπο-
τινόντω ὅσα κα ἁ πόλις ὀφείλῃ κατὰ τὸ ἐπιβάλλον μέρος

τ)οῦ βουλευτᾶ καὶ ἐμφερόντω τὰ ἐ(ν) τοὺς Αἰτωλοὺς γινόμε-
να κατὰ τὸν βουλευτάν· ἀποδόντων δὲ οἱ Πηρεῖς τὰς δεκάτας
τὰς γινομένας τοῖς δανεισταῖς ἃς ὀφείλοντι ἐτέων τριῶν ἀ-
ναβολὰν λαβόντες ἔτη τρία· ὅσα δὲ καὶ πρότερον ἐλάμβανον ο(ἱ)
Πηρεῖς πὰρ τᾶς πόλιος κατ' ἐνιαυτὸν τοῖς τε ἀρχόντοις ἀργυρίου
μνᾶς τρεῖς καὶ κάρυκι στατῆρας δέκα καὶ εἰς τὸ ἔλαιον τοῖς νεανί-
(α)ις στατῆρας δέκα καὶ εἰς τὰν θυσίαν τῶν σωτηρίων στατῆρας πέντε
(κ)αὶ νῦν λαμβανόντω καὶ τὰ λοιπὰ ἐπιμελέσθω ἁ πόλις τῶν Μελιτα-
έων τῶν κοινῶν ἐμ Πηρέοις καθὼς καὶ τὸ πρότερον· νόμοις δὲ χρήσ-
θων Πηρεῖς τοῖς αὐτοῖς καὶ Μελιταεῖς· τὰς δὲ ἐν ἀγορανόμοις δίκας γενομέ-
νας Πηρέοις πότι Πηρεῖς κατὰ τετράμηνον δικαζόντω ἐμ Πηρέοις οἱ ἐγ Με-
λιτείας ἀγορανόμοι· ἀναγραφήτω δὲ ταῦτα ἐν στάλας ἔν τε Μελιτείᾳ
καὶ ἐν Δελφοῖς καὶ ἐν Καλυδῶνι καὶ ἐν Θέρμῳ· μάρτυρες τὸ συνέδριον Α(ἰτω)-
(λ)ῶν τὸ ἐπὶ γραμματέος Λύκου καὶ οἱ προσστάται τοῦ συνεδρίου (Ἑρμ)-
(ό)λαος Σπάττιος Λύσωπος Ἀπολλωνιεὺς καὶ ὁ γραμματεὺ(ς Ἔπο)-
χος Ἐρυθραῖος καὶ ὁ ἱππάρχας Ἀλέξων Ἑρμάττιος Πανταλέ(ων Ἀτ)-
τάλου Πλευρώνιος Νικόστρατος Νικοστράτου Ναυπάκτιος
Δαμόξενος Θεοδώρου Ἡρακλεώτας

Est decretum Aetolorum qui a Melitaeensibus et Perensibus arbitri sumpti erant de finibus agrorum constituendis. Et Rangabé et Ussing, qui diligentissime titulum explicaverunt et commentati sunt, sub finem tertii ante Chr. n. saeculi exaratum existimant. Mira integritate servatus est, qua de caussa non multae lectionum varietates reperiuntur. Dialecti formae etsi nihil fere praebent, quod Thessalici sermonis proprium habeatur, tamen nonnullae notandae sunt ut dativi in *οις* desinentes tertiae declinationis, praepositio *ἐν* cum accusativo, alia, de quibus vide infra.

Ob eam caussam recentiorem quoque hunc titulum vetustioribus Thessalicis adungere placuit.

Tituli sepulcrales.

XV. Larissae repertum ediderunt Ussing no. 23. Lebas 1269. idem revue archéologique 1844: I. 315. Repetierunt etiam Keil sylloge inscriptionum Boeoticarum pag. 76. Kaibel epigrammata Graeca no. 505.

Πουτάλα Πουταλεία κόρα
Τιτυρεία γυνά·
Ὤλεο δὴ στυγερῶι θανάτωι προλιποῦσα τοκῆας
Πωτάλα ἐγ γαστρὸς κυμοτόκοις ὀδύναις
εἴτε γυνὴ πάμπαν κεκλημένη οὔτε τι κούρη·
πένθος πατρὶ λίπες μητρί τε τῆι μελεᾶι.
Ἑρμάου χθονίου.

Eleganter vertit Ussing:

Potala Potali filia
Tityri uxor.
Heu foeda linquens periisti morte parentes,
Potala, Lucinae pressa labore gravi.
Uxor nec tibi nomen erat prorsus neque virgo.
Luget matris amor infelixque pater.
Mercurio Inferno.

Disticha epica dialecto scripta esse apparet.

Titulus eo insignis est, quod uxor mariti nomine designatur adiectivo patronymico in εία desinente, cuius exemplum equidem in nullo altero titulo inveni.

XVI. Ibidem repertum ediderunt Ussing 24. Lebas 1270. Miller revue archéologique 1874: XXVIII, 162. no. XIII.

Μελανθοὺ Δαμονικεία

Μελανθοὺ scripsi nominativum cum Dittenbergero, qui in Herm. XIII. 395 de compluribus titulis Thessalicis disputavit. Conferre libet titulos XX, XXII, XXX, XXXI. Μελανθοὺ = Μελανθὼ usui Thessalico optime congruit.

XVII. Ibidem repertum ediderunt Ussing 25. Lebas 1249.

Φιλόφειρος
Ἀ(σ)άνδρειος [confer V, 2, 37.]

Ussing correxit Εὐάνδρειος nescio qua caussa commotus; Φιλόφειρος explicavit = Φιλόχειρος. Equidem potius assentiar Waldio (pag. 35.) qui Φιλόφειρος = Φιλόθειρος = Φιλόθηρος habet; nam et facillime commutantur inter se literae Θ et Φ, et Ahrens (I. 219.) glossam Hesychianam φηρία· θηρία, Αἰολεῖς ad Thessalicam dialectum pertinere magna cum verisimilitudine contendit; itaque cum Waldio leni correctura usus sic titulum explico:

Φιλόθειρος
Ἀσάνδρειος.

XVIII. XIX. Ibidem repertos ediderunt Ussing 27. et 28. Lebas 1242.

Ἀθανογένεις. Ἰσαγόρας
Νικολάειος.

XX. Pheris repertum ediderunt Ussing 50. Lebas 1220.

Ἀνθρουπύλα
Ἀντικρατεία

Ussing duo nomina distinxit Ἄνθρου (dativus) Πύλα ambo ignota. Wald (pag. 35.) Ἀνθρουπύλα legit quod

deminutivum est a nomine proprio Ἄνθρωπος derivatum; confer Aristotelis eth. Nicom. VII. 6. Heydemann, Die Vasensammlungen des Museo Nazionale zu Neapel pag. 433. Assentitur Waldio Dittenberger l. c.

XXI. XXII. Ibidem repertos ediderunt Lebas 1214. et 1215. Ahrens no. 6. Leake IV. no. 211. (Priorem etiam Ussing 20).

Κλιόμαχος | *Ἀγλαΐς*
Μολόσσειος | *Ἱππολυτεία*
Ἀσκλαπίου. | *(Λ)ευκαθέαι.*

Luculentissime apparet *Ἀσκλαπίου* dativum esse sicut *Λευκαθέαι*, unde etiam *Ἑρμάου χθονίου* XV, 7, XXIII et XXVIII dativum esse certo colligere licet.

Titulos qui sequuntur Larissae repertos ediderunt Lebas 1243. 1246. 1247. 1248. revue archéologique 1844: I, 314. 1874: XXVIII, 162; (Miller.) no. XIV. V. VIII. XIX.

XXIII. *Ἀλεξόμενος Ἀργάλειος* [*Ἀρτάλειος*?]
Ἑρμάου χθονίου.

XXIV. *Λυκομείδεις Χαύροι.*

XXV. *Πανσανίας Ἀστοκράτειος.*

XXVI. *Πέταλο(ς) Θερσολόχειος.*

XXVII. *Νίκρουν.* [nihil deest.]

XXVIII. *Εὐδέξιος . . . . . Βαίτης*
Ἱπποκρίπειος . ? . Εὐδεξισίας
Ἑρμαίου χθονίου. [confer ad XXII.]

XXIX. *Ῥουξινᾶς*
χαῖρε.

XXX. In campo Dotio repertum ediderunt Leake IV, 209. Ahrens 6. Lebas 1227.

Ἀττύλα
Εὐρυποθεία.

XXXI. Ptelei repertum ediderunt Leake IV, 185. Ahrens no. 7. Lebas 1161.

Φυλίκα
Εὐβιοτεία.

XXXII. XXXIII. Crannone repertos ediderunt Leake III. 150. 151. Ahrens 3. 4 Lebas 1213. 1212.

Ἑρμάου χθονίου [confer ad XXII.]
Νικάσιππος Νικούνειος. [confer XXVII.]

Ibidem nummi reperti sunt (confer Mionnet l. c.) in quibus exstat:

XXXIV. Κραννουνίουν.

Item Gomphis:

XXXV. Γομφιτοῦν.

Pheris: (J. Friedländer arch. Z. 1876. p. 33.)

XXXVI. Φεραίουν.

Gyrtone:

XXXVII. Γυρτουνίουν.

XXXVIII. Incerta lectio est tituli editi ab Heuzeyo, le mont Olympe et l'Acarnanie, no. 56:

Ἱπποκλεάδα(ι ?)
Γενάειος

Mihi potius Ἱπποκλεάδας supplendum videtur, quod nomen mortui non casu dativo sed nominativo insculpi solebat, si nomen eius qui condiderat sepulcrum adscriptum non erat.

XXXVIIII. Nova nomina inveniuntur in titulis recentioribus vel Romanae aetatis, quos edidit Heuzey et Daumet no. 213. Gorceix revue arch. 1873. XXVI, 52.

? δούμενος ἱερεύς· incertum.

XXXX. Ἀντιφίνης Ἀμμία Ἄδύμου
Παρμενίσκου Οὐαδύρας Ἄμμαδις
Ἥρωες

XXXXI. Οὐαδέρα Ἄρχιππ(ος)
Καλλιτέλους Νεικάνδ(ρου)

Nomen Οὐαδέρα idem atque Οὐαδύρας in titulo praecedenti esse videtur, litera υ cum ε commutata.

XXXXII. *Ἀντιγονίων*
Ὀρφεὺς Ἀντιγένης
Εὐτυχιανὸς Ἀλέξανδρος.

Glossae Hesychianae.

Ipse Hesychius has glossas Thessalis tribuit:

ἀγορά· ὄνομα τόπου ἢ λιμένος· Θετταλοὶ δὲ καὶ τὸν λιμένα ἀγορὰν καλοῦσιν.

confer s. v. *λιμήν· ἀγορὰ καὶ ἐνδιατριβή.*

ἀστραλός· ὁ ψαρὸς ὑπὸ Θετταλῶν·

βουνιάς· γογγυλίδι ὅμοιον Θετταλοί.

δεσπίνας· γυναῖκας Θετταλοί. (pro *δεσποίνας*?)

ἔνορμος· ἡ† ὥρα παρὰ Θετταλοῖς.

ἐρέας· τέκνα Θετταλοί·

θεανῶσται. οἱ ξυστῆρες ὑπὸ Θετταλῶν.

ἰθείη· ἅμαξα Θετταλοί.

ἴμψας· ζεύξας Θετταλοί·

cum hac iungendae videntur

ἰμφθείς· βλαφθείς θαμβηθείς νυχθείς·

Ἴμψιος· Ποσειδῶν ὁ ζύγιος·

γιμβάναι· ζεύγανα.

να(ε)ιδαμῶς· ἐναντίον τῷ οὐδαμῶς Θετταλοί.

Παγασίτης· Ἀπόλλων παρὰ Ἀχαιοῖς (scilicet Phthioticis) *ἐν Παγασαῖς καὶ παρὰ Θετταλοῖς·*

Πυρραία· λόφος ἐν Δωτίῳ· οἱ δὲ Πυρραίαν εἶναι μοῖραν τῆς Θετταλίας λέγουσιν ἀπὸ Πύρρας τῆς Δε(υ)καλιῶνος ὥς φησι Σουΐδας· δοκοῦσι δὲ εἰς ταύτην καταφυγεῖν οἱ διαφεύγοντες τῶν Κενταύρων.

Mauricius Schmidt praeterea glossas Thessalicas esse arbitratur hasce:

ζουΐον· θηρίον ἢ ἐρυσίπελας.

κούνουπες· κώνωπες.

πελλ(ητ)ήρ· πολυφάγος ἀμολγός. πελλητῆρες ὁμοίως.

πυλαυρός· πυλωρός.
φῆρες· οἱ Κένταυροι Αἰολικῶς.
φηρία· θηρία Αἰολεῖς.

Ex his tertiam πελλητῆρες κτἑ. Athenaeus XI. 495 E. Aeolensibus et Thessalis vindicat; quartam Ahrens I. 202 incertae dialecti esse iudicat. ζούϊον Schmidt dubitat utrum Cypricae an Thessalicae dialecto adscribat; nam in glossam ἀλουά· κῆπος (vel ἀλουᾶ· κήπῳ ut scripsit M. Schmidt in ed. min.) Ruhnken ex ea quae sequitur ἁλουργά· τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης πορφυρά Κύπριοι retraxit nomen Cypriorum. Hanc corrigendi rationem cum nec intellegam nec comprobem, persuasum habeo et ζούϊον et ἀλουὰ ad Thessalicam dialectum pertinere.

Denique nescio quo iure Schmidt ad Thessalos rettulerit has glossas:

ἀπέφρυσεν· ἀπέζεσεν ἀπέβαλεν.
δαράτῳ· ἀζύμῳ.
κυνάδης· ἀπελεύθερος.
ὄθιζα· ἅμαξα ἡμιονική.

De vocalibus.

Longa α pro Jonica η Aeolicis et Doricis dialectis communis saepissime etiam in recentioribus titulis invenitur. Egregie hac de re disputavit nuperrime Schrader in Curtii „Studien zur griechischen und lateinischen Grammatik" X. pag. 260—327, qui quibus de caussis α et η commutatae sint inquirere et explicare instituit; quam asperam et difficilem quaestionem hoc loco tractare longum est. Brevem α in o mutatam invenimus insequente nasali in praepositione ὀν = ἀνά:

ὀνέθεικε = ἀνέθηκε VII. X. XIII.
ὀνγραφεῖ = ἀναγραφῇ VIII. *A*,10. *B*,24.
ὀνάλουμα = ἀνάλωμα VIII. *A*,12.

Unde coniectura restitutum ὀντεθεῖ = ἀνατεθῇ VIII. *A*,11, *B*,25.

Contra formae *στροταγός· στροταγεῖν* iure abrogantur Thessalicae dialecto; nam in titulo Pharsalico V exstant: *Καλλίστρατος* (et *-άτειος*) 1,20 — 3,23 — 3,39; *Στρατούνειος* 2,29—3,46; *Στρατόνικος*; nec non *Νικόστρατος* XIV,36. Recte igitur Wald (pag. 34.) in titulo Crannonico VIII. B,1. non cum Ahrensio *στροταγέντος* sed *στραταγέντος* substituendum censet. Confer Rangabé II. 742. 743. 747: *στραταγέοντος*.

Contra Boeoticum est *στροτός*: confer Beermann de dialecto Boeotica in Curtii „Studien" IX. 17; cum eadem dialecto forma praepositionis *ἀνὰ* servetur.

Formam *πόρνωψ* Boeotis tribuit Strabo XIII. pag. 613, eam quae est *κόρνωψ* Oetaeis; *ὁμολὸς* = *ὁμαλὸς* et Boeotis et Thessalis vindicat Ahrens I. 76, quia ambo gentes colebant *τὸν Δία Ὁμολώϊον*· sed res dubia videtur, quod grammaticorum testimonia nullo adhuc titulo confirmata sunt.

In verbo *Λευκαθέαι* XXII,3 commutatae sunt *ο* et *α*, si pro *Λευκοθέαι* explicamus, quod mihi quidem verisimillimum videtur, sicut nomen mensis *Λευκαθιών* in titulo Lampsacio C. J. G. 3641 b. invenitur. *ι* in *ε* mutata est inter vocales V,4 *πατρουέαν*· contra Boeoti *ε* insequente vocali in *ι* mutabant *θιός*, *χρίος*, alia; confer Ahrens I. 179; Beermann l. c. 19, qui Neograecum *νjός θjός* comparat.

Et in titulo Metropolitano IX,20 exstat *Ἐρατοκλίας*· in Pheraeo XXII *Κλιόμαχος*· contra Pharsalici tituli servant *ε*: *Διοκλέᾳ* I 1; *Καλλικλέας* V 1,37 — 3,32; *Ἱπποκλέας* 1,47; *Ξενοκλέαιος* 2,11; *Ἀγαθοκλέαιος* 3,28; *Κλεοφάνεις* 3,34. Vel in eodem nomine discrepantiam exhibent titulus Pharsalicus V 2,41 *Λέουν* et Crannonicus VIII B,9 *Λίουν*; si bene Keil interpretatus est, qui versu 15 legit *Λίοντα*; unde denuo colligas id quod dudum viri docti intellexerunt non ita gravem intercessisse inter *ε* et *ι* soni diversitatem, easque ante vocales saepissime

commutatas fere semivocalis vim habuisse videri. Nam in Boeoticis quoque titulis *ε* ante vocalem interdum servata est: *Κλεοπολέμιος* C. J. G. 1574. alia. Iota adscriptum (subscriptum) saepissime omittitur; confer *τ᾽Αφροδίται τᾶ Πειθõ* III 2.

ὄνυμα = *ὄνομα* dixisse Thessalos e nomine *Ὀνύμαρχος* V 1,30 colligere licet; et Boeoticum et Aeginaeum *Ὠνύμαστος* (Beermann 23.) et Atticum *ἀνώνυμος* et Doricum *ὀνυμάζω* (Ahrens II. 123.) et Lesbiacum *ὄνυμα* (Ahr. I 82.) testimonio sunt, omnibus fere Graecis hanc vocalium in hoc verbo commutationem usitatam fuisse.

Pro *η* vetustiores tituli et Thessalici et Boeotici praebent *ει* (confer Ahrens I. 182.)

ὀνέθεικε = *ἀνέθηκε* VII. X. XIII.
ἱερομναμονείσας = *ἱερομνημονήσας* X,3.
ἀρχιδαυχνοφορείσας = *ἀρχιδαφνοφορήσας* X, 4.
ἀνεθείκαιν = *ἀνέθηκαν* VI. *A*,1.
ἑξείκοντα = *ἑξήκοντα* V,4.
τοῦ εἱβάτα = *τῷ ἡβήτῃ* V,4.
ἐπιμελειθεῖμεν = *ἐπιμεληθῆμεν* VIII. *A*,9.
Διὶ Σουτεῖρι = *Διὶ Σωτῆρι* VI. *A*,2.
Ἀγειτορείου = *Ἀγητορείου* VI. *B*,4.
Ἀθανογένεις = *Ἀθηνογένης* XIX.
Λυκομείδεις = *Λυκομήδης* XXIV.

Titulus Pharsalicus V vicies semel praebet *ει* pro *η*:
Ἀντιγένεις 2,9 — 3,12;
Ἀντιμένεις 3,52;
Ἀντιφάνεις 2,50;
Ἀνδροκλεῖς 3,16;
Ἀπεράξεις 1,53;
Ἀσστομείδεις 3,35;
Δαμοπείθεις 2,38;
Εἱρουΐδας 3,56 — 4,15;
Εὐμειλίδα 5;

Ἱπποκράτεις 2,31;
Κλεογένεις 4,25;
Κλεοφάνεις 3,34;
Μέννεις 2,45;
Πολυκλείτειος 1,17;
Πολυκράτεις 3,42;
Πυθοκράτεις 2,13;
Ξενοκράτεις 2,33;
Σουκράτεις 2,36;
Φιλοκράτεις 1,8.

Contra sexies *η* servata est:
Νικηράτειος 1,18;
Ἰσμηνίαιος 2,7;
Ἡρακλείδας (et *-είδαιος*) 1,10—2,22 — 3,26—4,32.

Itaque in titulo Metropolitano IX, 16—21 censebimus non cum Ahrensio *Εἰρακλείδας* sed cum Keilio *Ἡρακλείδας* supplendum esse. Beermann (l. c. 25.) Boeoticam quoque dialectum in voce *Ἥρα* eiusque compositis servare *η* docet: *Ἡρακλεῖς-κλεῖτος-κλείδας*; unde colligere licebit in hac una stirpe nunquam mutatam *η* esse. Beermann cum Brugmano (Studien IV. 82.) hanc mutationem inde explicat, quod sonus vocalis *η* ad *ι* propensus *μονοφθόγγως* pronuntiatus duabus literis *ΕΙ* designatus, eodem modo quo *ΟΥ* pro *ω* scribitur, cui sententiae equidem assentior; nam si diphthongus fuisset *ΕΙ* pro *η* scripta, non facile explicaretur *Ἡρακλεῖς* ex *Ἡρακλέας* contractum.

Exempla verborum in quibus *ου* quo *ω* scripta est, haec sunt:
καὶ οὖς V 1;
πατρουέαν V 4;
Διὶ Σουτεῖρι VI A 2;
ὀνάλουμα VIII A 12. B 26;
Κραννουνίοις VIII A 7;
γνούμας VIII B 23;

ἔδουκε V 2—3;
Μελανθού XVI.

De genetivo et dativo singularis vide infra.

Genetivi pluralis numeri exstant hi:

Φαρσαλίουν V, 1;
Κραννουνίουν XXXIV;
Γομφιτοῦν XXXV;
Περαίουν XXXVI;
πολιτάουν VIII B, 17—23;
τοῦν ταγοῦν ibidem;
ταγευόντουν VI A, 3;
Γυρτουνίουν XXXVII.

Nomina propria haec inveniuntur:

Πουτάλα Πουταλεία XV, 1;
Ἅπλουν X, 1. XI, 1;
Νίκουν XXXIII;
Νίκρουν XXVII;
Φείδουν VIII B, 7;
Ἴουν IX, 1;
fortasse *Κάμουν* IV, 1;
incertum? *δούμενος* XXXIX.

In titulo Pharsalico V:

Ἀγάθουν 1,14—3,19—3,20—4,17;
Ἀλεξίουν 1,49—1,50;
Ἄργουν 1,25—2,15—3,46;
Ἀρκέσουν 4,31;
Ἀρίστουν 2,32—233—2,43;
Ἄσουν 2,40;
Αὐτοβούλειος 2,51;
Βίρρουν 1,15—1,16—2,19;
Βούδουν 3,39;
Βούθοινος 3,36;
Γάσστρουν 2,22—2,23;
Γίγουν 4,16;

Δάμουν 1,16—2,26;
Εἱρουΐδας 3,56—4,15;
Θεόδουρος 3,7—3,8;
Θέστουρ 2,14;
Θίβρουν 2,18;
Ἱέρουν 2,29;
Καρίουν 2,30—2,31;
Κεφάλουν 2,34—2,35—4,13—4,18;
Κιθαίρουν 3,15;
Κλέουν 1,10;
Λέουν 2,41;
Λύσουν 2,8;
Μένουν 2,16;
Μνάσουν 3,54—3,56;
Νίκουν 2,24—3,14;
Οὐφέλιμ(ει)ος 1,23;
Παρμενίουν 1,18—3,37;
Παύσουν 1,39—1,41—3,50;
Παμβούτα(ιο)ς 3,11;
Πέτρουν 3,11;
Πείθουν 4,20;
Πίθουν(ειος) 3,40;
Σαβύρουν 1,34;
Σατυρίουν 2,24—2,56;
Σάρδουν 1,11—1,19;
Σιμίουν 2,26;
Σίμουν 2,32;
Σουκράτεις 2,36;
Σουσίας 4,27;
Σουσίπατρος X, 1;
Σουσίχαρμος 1,50;
Σπείδουν 1,46—1,47—1,48;
Στράτουν 2,29;
Ταύρουν 3,24;

Φαλαρίουν 1,11;
Φείδουν 1,22;
Φίλουν 1,8;
Φιλούτας 1,48;
Χορρίουν 2,19;
Χρείσουν 3,47.

Ex longa serie nominum in *ουν* desinentium merito colligimus usitatissima ea Thessalis fuisse.

In titulis Pharsalicis I et III *ο ω ου* eadem littera *O* scriptae sunt; veluti III,2 *τᾶ Πειθῶ* = *τᾶ Πειθοῦ*, iota non adscripto. Huc trahendum etiam *Ποτειδοῦνι* VII,3, quod Wald coniecit Thessalico mori aptissimum, et *Ἀλαισουνεῖοι* VIII *B*,6, quod Ahrens proposuit, equidem propter Leakii apographum accipiendum non putavi, etsi formae dialecti optime convenit.

Quemadmodum ad obscuriores vocalium sonos Thessalica propensa fuerit dialectus, testimonio est forma *ἀρχιδαυχνοφορείσας* *X*,4, cuius *α* in *αυ* mutatam aspiratae gutturali pro labiali (*δάφνη*) positae tribuendam existimo. Nec non Boeoti fuerunt obscurioris soni tenaces, qui pro *υ* servato veteris ŭ sono scripserunt *OY* et brevem et longam (confer Ahrens I. 180. Beermann 22.) *οὔδωρ κάρουξ* alia; nam quod vetustiores tituli Boeotici *υ* praebent, recentiores *ου*, certo testimonio est, illud *υ* = ŭ fuisse pronuntiatam, prorsus ut Thessalicam *ο* = û in nomine *Πειθό*, quod supra diximus.

Huc trahendae videntur glossae quas supra diximus Hesychianae *κώνωπες· κούνουπες* = culices; — *ἀλουά· κῆπος* = hortus.

Diphthongos genuinas legimus:

ει: *Πειθοῖ* III, 2;
Πείσσας V 1,25;
Πείθουν V 4,20;
Ποτειδ(οῦν) VII, 3;

Ἡρακλείδης V 1,10, alias,
Φείδουν V 1,22; VIII B, 22;
Φειδίας V 2,51;
Κλεῖτος V 4,26;
Δεινομένειος V 3,17;
πολιτεία VIII A, 6—B, 10.
ου: Βούθοινος V 3,36. —

Diphthongorum αι, αυ, ευ, οι compluria exempla exstant; Boeotos maturius monophthongos ex diphthongis natas postremo in η, ι, υ corripuisse constat, quae omnes a Neograecis eodem fere sono ι pronuntiantur.

De crasi et contractione.

Craseos unum invenitur exemplum, si bene interpretati sunt editores:

τἀφροδίται = τᾷ Ἀφροδίτᾳ III, 1.

Contractio saepe neglecta est:

Ἱπποκλέας V 1,47.
Καλλικλέας V 1,37—2,27—3,32.
κοινάουν VIII A,13.
πολιτάουν VIII B,17.

Formae contractae inveniuntur hae:

Ἀνδροκλεῖς V, 3,16.

Ποτειδοῦνι VII, 3, si recte Wald coniecit, quod pro Ποτειδῶνι ex Ποτειδάωνι contractum est. Boeoticum est Ποτειδάων (Beermann 37.), quod cum Thessalico Ποτειδοῦν optime congruit. Et contractionis et craseos usum apud Boeotos rariorem fuisse docet Ahrens I. 202.

Hesychianam glossam πυλαυρός· πυλωρός, de qua dubitat Ahrens I. 202, Thessalicae dialecto adscribendam equidem non putaverim.

De digammi et spiritus asperi notatione.

Digammum nullo in titulo reperitur, nisi si titulus IV Thessalicus est. In titulis Boeoticis multa eius exempla servata sunt (Ahrens I. 30. Beermann 51.) in fronte vocabulorum; in mediis abiectum est.

Spiritus asperi signum etsi non exaratur, tamen ex scripturis quas invenimus Ἕχιππος V 2,11 — ποθόδουν VIII *A*,13 — καθ' ἰδδίαν VIII *A*,13 — suam vim habuisse spiritum asperum apud Thessalos colligimus. In vocabulo ἱδδίαν spiritus asper in locum prisci digammi successisse videtur; ϝίδιος Boeoticum est (Beermann 53,9.); conferas Curtius Grundzüge der griechischen Etymologie[4] pag. 617. Qua de caussa non dubitavi spiritus asperi signo in transscribendis titulis uti.

Ne Boeotos quidem ψιλωτικοὺς fuisse docet Beermann 48. Dubitant viri docti de nomine Apollinis. Ahrens scripsit Ἄπλουνι (I. 221.); Keil (ad VIII *B*,25.) praetulit Ἅπλουνι, nisus Platonis Cratylo pag. 405. *B*. κατὰ δὲ τὴν μαντικὴν καὶ τὸ ἀληθές τε καὶ τὸ ἁπλοῦν (ταὐτὸν γάρ ἐστιν) ὥσπερ οὖν οἱ Θετταλοὶ καλοῦσιν αὐτὸν ὀρθότατ' ἂν καλοῖτο· (scilicet Apollo) Ἅπλουν γάρ φασι πάντες Θετταλοὶ τοῦτον τὸν θεόν· Quam lectionem Boeckh (C. J. G. 1767. ad versum 1.) etsi comprobat, tamen haec addit: Ἁπλοῦν· quod scripsisse videtur Plato pro eo quod debebat scribere Ἄπλουνα. Qua ratione id colligendum aut qua de caussa omnium codicum auctoritas negligenda sit cum non intelligam, ter (VIII. *B*. 25. X. 1. XI. 1.) cum Keilio Ἅπλουνι scripsi.

De consonantibus.

Literas aspiratas in dialectis Aeolicis vulgo permutari satis notum est; confer Ahrens I. 42.

Thessalica exempla exstant haec:

Δαύχνη = δάφνη X,4.

Φιλόφειρος = *Φιλόθηρος* vide ad XVII.

[*ἀθελθεὸς* I,3. dubium est et propterea omittendum.]

Accedunt glossae Hesychianae:

φηρία· θηρία, Αἰολικῶς.

φῆρες· οἱ Κένταυροι, Αἰολεῖς.

quas et Ahrens et Schmidt Thessalis vindicant.

In titulis Boeoticis (Beermann 63.) reperiuntur:

Φετταλός = *Θετταλός*, *φ* pro *θ* posita;

Neograecum est *ἡ Φῆβα* (Fiva pronuntiatum) nomen urbis Thebarum. Atque haec inconstantia explicari nequit nisi si statuimus mutas non tam aspiratarum quam affricatarum (ex quibus postremo spirantes factae) vim ac sonum tenentes inter se confusas esse.

Prorsus speciem affricatarum praebent quae legimus

V 3,18 *Βάκχιος·* V 2,25 *Βατθέκας·*

quorum alterum nominis Liberi formam exhibet omnibus Graecis communem, alterum explicatione caret, nisi quod *Βαττάκης* Cybeles sacerdos apud Plutarchum exstat.

Earum permutationum, quas Ahrens I. 219. ex veteribus grammaticis ut Thessalicas affert:

κ et *π*: *Πιέριον* = *Κιέριον·*
κόρνοψ = *πάρνοψ·*
γ et *ζ*: *ὄλιγον* = *ὄλιζον·*
β et *δ*: *Βωδὼν* = *Δωδώνη*

nullum exemplum praebent tituli.

Exstat $B^{o\acute{v}}_{\omega}\delta^{ov}_{\omega}\nu$ V, 3,39; nomen videtur fuisse herois eponymi eius oppidi Thessalici, quod *Βωδώνην* vocat Stephanus Byzantius.

Praepositionis *ἐκ* formas legimus duas:

ἐξ ἀρχᾶς V,1; *ἐσγόνοις* VIII. *B.* 18.

Boeoticum quoque esse *ἔσγονος* docent Ahrens I. 214. Beermann 64.

Duplicationis consonantium, quae assimilatione orta

esse solet, exempla satis multa exstant λλ — ρρ — μμ — νν — ττ — ββ: *Χάββειος* V, 1,30; κκ: *Μίκκυλος* V. 3,25; contra *Μικύλλειος* V. 48., quae diversitas certo accentui tribuenda erit; *μικκὸς* Boeticum est (Ahrens I. 177. Beermann 65.), neque a Dorico aut Ionico more abhorrebat. (Ahrens II. 104.)

Saepissime geminatur σ insequentibus τ κ χ:

ἔσστασε I, 1;
Κολύσστας V, 1,12;
Γασστρούνειος V, 2,23—24;
Ἀσστονόειος V, 3,31—32—33;
Ἀσστομείδεις V, 3,35;
Ἱσστιαίε(ι)ος V, 2,45;
Ὑβρίσσταιος V, 2,18—28;
Ἀσστόμαχος V, 1,13;
Ἀσσκλᾶπιάδας V 1,26;
Δρόμισσκος V 3,21;
Φρυνίσσκος V 3,38;
Αἰσσχίναιος V 3,27;
Αἴσσχυλος V 3,54;

non geminatur:

Κολλύσταιος V 1,7;
Ἄστυλος V 2,39;
Ἀριστούνειος V, 2,33—43;
Ἀριστόφιλος V 2,43;
Καλλίστρατος V 1,20 3,23—3,39;
ἑκάστου V, 4;
Δράστας V 1,27;
Θέστουρ V 2,14;
Ὑβρίσταιος V 2,53—36;
Παρμένισκος V 1,19;
Ἄσκετος V 1,34;
Ἀστονοείου VI A, 6;
Ἀστόμαχος IX, 3;

Ἀστοκράτειος XXV;
Ἀσκλαπιεῖον VIII A, 11;
Αἰσχυλ(είοι) VIII B, 5;
Αἰσχυλίς XI, 2;
Ἀσκλαπίου XXII, 3;
Μυσκελείοι VIII, A, 2;

Itaque in eodem titulo V eadem nomina modo simplici modo duplici litera *σ* scripta invenimus: *Κολύσ(σ)τας· Ὑβρί(σ)στας·* alia in ceteris titulis. Eandem inconstantiam exhibent tituli Boeotici (Beermann 50.), unde colligas usum pronuntiandi non semper eundem ac firmum fuisse.

Peculiaris est geminatio literae *σ* inter vocales:
Ἀγάσσας V 1,36;
Ἀμείσσας V 3,40;
Ἄσσας V 1,39;
Νικάσσας V 4,8;
Πείσσας V 1,25;
πολεμ(είσσασσι) V, 2;

verbum *πολεμείσσασσι* = *πολεμήσασι* Heuzey e coniectura restituit analogiam secutus reliquorum exemplorum, quam Wald nescio quo iure repudiaverit.

τ pro *σ* Ionica conservata est in forma praepositionis
ποτὶ = *πρός· ποθόδουν* VIII *A* 13;
et *Ποτειδοῦνι* VII 3.

Boeoti omnino *τ* pro *σ* conservaverunt (Beermann 61, confer Baunack, Studien IX. 101. Curtius ibidem 216.).

Apocopen eiusdem praepositionis videmus
(π)οττὰν VIII *B.* 16;

sicut *καττάπερ* V, 2; quod recte Wald explicasse mihi videtur *κὰτ τάπερ.* (pag. 38.)

δ geminata semel exstat:
καθ' ἰδδίαν VIII. B. 13, quod luculenter praebet apographum. Notissima est Boeotica illa *δδ* pro *ζ* posita;

Thessalicum *ἴδδιος* nihil nisi *δ* acrius pronuntiatam indicare videtur.

μ ante *β* omissa est in nomine

Θίβρουν V 2,18; de quo conferas Baunack l. c. 83., qui omnes formas contulit nominum propiorum compositorum, quorum pars prior *Θεο* est; nam ex verbo *θιός* = *θεός* Laconum Cretensium Cypriorum Boeotorum (Beermann 20.) *θις* factum ut *βις* ex *βιος*.

Forma maxime notabilis est dativi

πάνσα V,2

servata nasali, pro qua suppletoriam quam dicunt productionem habet Boeoticum Doricum Jonicum *πᾶσα* Lesbiacum *παῖσα*; Thessalicum *πᾶνσα* genuinae formae**πάντjα* est proximum. Nominativum autem *πᾶνσα* scribere praeferimus; nam quod Brugman nuper contendit longam fuisse ab initio vocalem *α* huius vocabuli, a plurimis viris doctis comprobatum videtur.

De nominum et verborum flexione.

Primae quae vocatur declinationis reperiuntur nominativi in *ας* exeuntes hice:

Βρέχας V 2,53;
Ἀμοίβας V 3,23;
Βατθέκας V 2,25;
Δεινίας V 2,21—3,24—3,43;
Φειδίας V 2,51;
Πυθόρμας V 4,23;
Λυκίνας V 4,10;
Μικίνας V 4,12
Μυλλίνας V 1,15;
Μιλτίας V 1,51;
Σιμμίας V 1,52;
Νικίας V 1,43;
Ἰσαγόρας XVIIII 1;

Θρασύας IX 10;
Πανσανίας XXV;
Πέρρας V 3,51;
Σουσίας V 4,26;

in *τας* exeuntes:

Ἀμύντας V 4,9;
Δράστας V 1,27;
Κολύσστας V 1,12;
Πολίτας V 2,54;
Ὑβρίσστας V 2,28 - 46;
Φιλούτας V 1,48;
Ἀγροίτας V 4,24;
θύτας X, 2;

in *δας* exeuntes:

Εἱρουΐδας V 3,56—4,15;
Εὐξενίδας V 2,55;
Ἡρακλείδας V 2,22—3,26—4,32;
Εὐκρατίδας V 1,31—2,52;
Ἱπποκλεάδας XXXVIII.

Confer supra nomina in *τεις* et *δεις* desinentia.

Supersunt *Ἀγάσσας* *Ἄσσας* *Νικάσσας* *Πείσσας* *Ἀμείσσας* supra commemorata, quae participiorum formam exhibentia tertiae declinationi adscribere malim.

Unus exstat genetivus in *α* desinens:

Εὐμειλίδα V,5.

Quod Wald cum Ahrensio *Ἑρμᾶο χθονίου* genetivum esse contendit, ad irritum cadere mihi videtur collatis titulis XV. XXIII. XXVIII. XXXII., unde dativum cum Ussingio agnoscendum elucet, in titulo XXXII addita *Υ*: *Ἑρμάου* legendum. Eodem modo non *Ματροπολιτᾶο* VIII. *B*. 2. sed *Ματροπολίτα* substituemus propter formam quam supra notavimus *Εὐμειλίδα*.

Ad formam nominis *Ἑρμᾶος* confer quod Thessalicum refert Demosthenes de corona 295 *Θρασύδαος* (et *Θρασυ-*

δαῖος Herodot. IX. 58.). Ἑρμάων est in titulo Laconico Kaibel 949,4; Attico 964,2 ibidem; apud Hesiodum; alias. Quod titulus XXVIII praebet Ἑρμαίου, forma est ad Ἑρμᾶος pertinens sicut Ἀθηναία ad Ἀθηνάα. Itaque formam nominis Ἑρμᾶος Thessalicae dialecti propriam fuisse tenebimus.

Secundae declinationis exstant genetivi in οι exeuntes:
Μυσκελείοι VIII A 2;
Παυσανιαίοι VIII B 2;
Σιλάνοι VIII B 3;
Ἀντιγενείοι VIII B, 4—7;
Γεννάοι VIII B 5;
Χαύροι XXIV;
ἑαυτοῖ VIII B 12,18;
τοῖ (*παιδός*) VII 4.

Tituli Pharsalici V, VI multos genitivos in *ου* desinentes exhibent. Quos equidem genuinos explico mutata *ω* (quod Doricae dialecti habent, Boeotica, aliae) in *ου* more Thessalico, non irrepenti Ionismo tribuo. Quodsi Kirchhoff (pag. 138 ad titulum II.) nomen Ἀλκιμάχου pro genitivo explicat, non est quod obiciam.

Dativus singularis numeri in omnibus titulis in *ου* = *ῳ* terminatur; eodem modo genetivus pluralis numeri in *ουν*. Boeotici sunt genetivus in *ω* — pluralis in *ων* — dativus in *οι* — *οε* — *υ* desinentes.

Quod Ahrens I. 221. a veteribus grammaticis traditum refert apud Thessalos genetivos primae declinationis in *ᾰ*, secundae in *οιο* terminatos fuisse, titulis non comprobatur. In verbo *Σατύροι* (XI. 2) fortasse *ο* abiectam putat (Müller *Σατύροιο* restituit; confer Boeckh ad C. I. G. 1767.); sed quod Léon Renier proposuit *Σατυρεία* longe praeferendum esse existimo, cum vestigium genitivi in *οιο* desinentis apud Thessalos inveniatur nullum. *οιο* est vetustissimum, ex **οσιο* = asya, deinde eiecta iota litera *οο*, quod Aeolodorice in *ω* (Thessalice *ου* scriptum), Ionice in *ου* contractum est. *οι*

ex *οιο* abiecta *ο* explicari mihi quidem non posse videtur; aut vetustioris locativi formae aut genetivi sunt suffixo âyâs derivati sicut Latini in ai (ae) et ei (î) desinentes (confer Curtius Erläuterungen zur griechischen Schulgrammatik[3] pag. 856.), quos Curtius sic explicat: âyâs — âis — âi — ae; ois — oi — ei — î; confer quoius, eius, quoi (apud Plautum), cui, alia. Quod si comprobamus, terminationem *οι* ex **οις* ortam esse abiecta *ς* haud facile nobis persuadebimus. Itaque priorem explicandi rationem ut simpliciorem sequendam putaverim.

Tertiae declinationis formae exstant:

τᾶ πειθõ III,2; — *τᾶς πόλιος* VIII *A*,5; *B*,14.

In recentiore titulo XIV non tam genuinam Thessalicam quam temperatam *τῇ κοινῇ* quae dicitur dialectum exhibente, dativi pluralis numeri in *οις* terminantur secundum analogiam secundae declinationis, quo de usu nuper disputavit Baunack in Curtii Studien X,91., ubi ex titulis Aetolorum Locrorum Delphorum Boeotorum (*ἤγυς* = *αἴγοις*) Eleorum Arcadum Lacedaemoniorum Tauromeniorum exempla omnia collecta sunt. Inde latissime is usus patens certe non cum Ahrensio septentrionalis Graeciae proprius (I. 236. II. 231.) habendus est; neque in recentibus tantum titulis invenitur. Baunack ut ex forma *ἀνθρώποισι* — *ἀνθρώποις* ita ex *ἀγώνεσσι* — **ἀγῶνες* factam, ne cum nominativo confunderetur, in secundae declinationis formam dativi redactam esse putat.

Mihi magis placet Brugmani explicatio, qui eo, quod stirpis species alia fuerit in numeri pluralis dativis (vel potius locativis) atque in ceteris casibus [*φέρουσι*, contra *φέροντες*; *ποσὶ*, contra *ποδός*] analogiam praevaluisse et ex eo quod fuerat *ἀγώνεσσι* non prius *ἀγῶνες* deinde *ἀγώνοις* factum, sed statim ac subito commutatum esse censet.

Boeotici dativi in *εσσι* exeuntis exemplum in titulis Thessalicis non exstat. Itaque cur Wald pro eo quod

Heuzey coniecit συμπολεμείσσασσι V,2. συμπολεμεισάντεσσι postulet non intellego.

Adiungere placet verbi formas, quas perpaucas exstare in titulis valde dolemus:

ὄλετο I, 2;
ἔδουκε V, 2—3;
ὀνέθεικε VII, 2—X, 3;
παρίτω I, 4;
διετέλει VIII A, 4; B, 10;
ὀνγραφεῖ VIII A, 10; B, 24;

Infinitivi exstant hi:

ἐπιμελειθεῖμεν VIII A, 9;
δόμεν VIII A, 12;
ὑπαρχέμεν VIII B, 20;
recentior forma est ἔχειν V, 4.

Boeotica est terminatio in μεν (Beermann 77.)

Notabilis est forma ἀνεθείκαιν VI *A*,1;
confer ἐτίθειν C. I. G. 3605, 33;

aut ex *ἀνεθείκασιν eiecta σ perfecti modo derivatum explicandum aut nescio qua analogia positum. Semel exstat participium εὐεργετὲς VIII. *B*,10. non producta vocali ε, sicut Cyrenaeicum ἱαρὲς nom. plur. = ἱαρῆς (ἱαρέϝες); φυκὸς = φυκοῦς (φυκόϝεντς). Participium est aoristi sicut στραταγέντος VIII. *B*,1. analogiam secutum verborum in μι.

Eodem modo Boeotice et Lesbiace ad analogiam verborum in μι multa verba in ω deflexa esse docent Beermann 79. Curtius „das Verbum der griechischen Sprache" I, 352.

De syntaxi.

Pauca habeo quae addam de syntaxi.

Patronymicorum in -αιος et -ειος desinentium multa exempla tituli praebent et Thessalici et Boeotici. Atque haec non tam patronymica quam possessiva esse recte an-

notavit Ussing ad titulum XV, 2., ubi uxor mariti nomine *Τιτυρεία γυνά* designatur.

Operae pretium videtur animadvertere possessiva patronymica nominum primae declinationis in *ας* exeuntium in *αιος*, reliqua omnia in *ειος* terminari, atque a nominibus in *δας* et *κλέας* exeuntibus semper in *δαιος* et *κλέαιος* derivari, quamquam nomina ipsa etiam in *δεις* et *κλεῖς* desinentia reperiuntur, unde recentiores has terminationes esse apparet.

Denique praepositio *ἐν* cum accusativo exstat:

ἐν κίονα VIII. *B*. 24; in eodem titulo bis cum dativo; in titulo recentiore XIV terdecies cum accusativo, sexies cum dativo; semel *εἰς* cum accusativo scriptum. Eodem dicendi genere Boeotos usos esse docet Beermann 75.

Conclusio.

Iam si quaerimus, quae propriae sint Thessalicae dialecti formae, quas cum aliis dialectis vel Aeolicis vel Doricis communes habeat, perpaucas invenimus, quae Thessalis solis in usu fuisse videntur.

Primum *ου* pro *ω* posita;

tum genitivi in *οι* desinentes;

tertium *σ* geminata inter vocales;

denique aspiratarum inter se commutatio.

Quae semel tradita vel dubia sunt, omittenda putavi, quippe quibus dialecti species non accurate exponatur.

Multa Thessalis cum Boeotis communia sunt:

ει pro *η*; *ο* pro *α* in praepositione *ὀν* = *ἀνά*·

σ ante *τ κ χ* geminata; patronymica in *αιος* et *ειος* exeuntia; praeterea et Thessali et Boeoti psilosi carent. Quamobrem quaestiones ita institui, ut cum Thessalico usu Boeoticum semper componerem.

Cum dialectis Doridis septentrionalibus Delphica Locrica aliis supra commemoratis communes Thessalica habet dativos tertiae declinationis in *οις* exeuntes;

cum Boeotis Doride septentrionali Arcadibus Cypriis usum praepositionis ἐν cum accusativo;

cum Boeotis Arcadibus Cypriis formam praepositionis ἐς = ἐκ (ἔσγονος — Ἐσγονιδεύς);

cum Boeotis et Doride τ pro σ servatam.

Ad scripturam nominis Βατθέκας confer Atticum Πιτθεύς et Tegeaticum ἀνατετθείμενος C. I. G. 1513.

Terminatio infinitivi μεν Dorica Aeolica Homerica est.

Itaque etsi multis formis cum usu Aeolodorico Thessalica dialectus congruit, tamen maximi momenti ea, quae cum Boeotica dialecto communia habet, putanda sunt.

Iam si quaerimus, num eisdem fere verborum formis omnes Thessali usi sint, non plane desunt singularum Thessaliae civitatum ut legum magistratuum mensium ordinis et nominum ita dialecti diversitatum in titulis vestigia.

In titulis Pharsalicis exstant genetivi in ου, dativi in ου, in Crannonicis genetivi in οι, dativi in ου desinentes; illi exhibent Κλεοφάνεις Διοκλέας· hi praebent Κλιόμαχος Ἐρατοκλίας alia.

Est sane quod doleamus, quod tam pauci neque ei satis vetusti tituli Thessalici servati sunt. Nam cum res ita se habeat, nisi aut novi aut uberiores fontes aperiuntur, nec vetustissimam dialecti speciem nec singulas singularum civitatum inter se diversitates nec universae Thessalicae dialecti indolem atque originem accuratius ut cognoscamus nobis continget.

Verlag von **Christian Kaiser** in **München.**

Maurer, Dr. Konrad v., Das Alter des Gesetzsprecher-Amtes in Norwegen, siehe Brinz und Maurer.		
—„— Beiträge zur Rechtsgeschichte d. Germ. Nordens.	1852	Mark 3. —.
—„— Bekehrung d. norweg. Stammes zum Christenthum 2 Bde.	1856	„ 22. 80.
—„— Das älteste Hofrecht des Nordens	1877	„ 3. —.
—„— Island von seiner ersten Entdeckung bis zum Untergange des Freistaats	1874	„ 10. —.
—„— Studien über das sogenannte Christenrecht König Sverrirs, siehe Brinz und Maurer.		
Müller, Frz., Lohengrin u. die Gral- u. Schwan-Sage	1867	„ 9. —.
—„— Tristan u. Isolde nach Sage u. Dichtung	1865	„ 3. —.
Panzer, Fr., Beitrag zur deutschen Mythologie. 2 Bde.	1855	„ 6. —.
von der Pfordten, Ludwig Freiherr, Studien zu Kaiser Ludwigs Oberbayerischem Stadt- und Landrechte	1875	„ 8. —.
Prantl, Dr. Carl, Geschichte d. Ludwig-Maximilians-Universität in Ingolstadt, Landshut, München. 2 Bde.	1872	„ 20. —.
—„— über die dianoetischen Tugenden in der nikomachischen Ethik des Aristoteles	1852	„ —. 80.
—„— Die Philosophie in den Sprichwörtern	1858	„ —. 90.
Rockinger, Dr. L., Ueber Formelbücher vom 13. bis zum 16. Jahrhundert als rechtsgeschichtliche Quellen	1855	„ 4. 60.
Rönnefahrt, J. G., Schillers dramatisches Gedicht Don Carlos Infant von Spanien	1865	„ 1. 50.
Roth, Dr. P. R., Ueber Entstehung der lex Bajuvariorum	1848	„ 1. 20.
Seuffert, Dr. H., Ueber Schwurgerichte und Schöffengerichte	1873	„ 1. 50.
Sicherer, Dr. H. v., Ueber die Gesammtbelehnung in deutschen Fürstenthümern	1865	„ 1. 50.
—„— Staat und Kirche in Bayern	1874	„ 10. —.
—„— Ueber Eherecht u. Ehegerichtsbarkeit in Bayern.	1875	„ 2. —.
Tzetzes, Dr. Joh., Ueber die altgriechische Musik in der griechischen Kirche	1874	„ 3. 50.
Walther, Fr., Beitr. z Lehre v. hochverrätherischen Komplott	1849	„ 1. —.
Zink, E., Ermittl. d. Sachverh. im französ. Civilprocesse 2 Bde.	1860	„ 6. —.
Zorn, Dr. Ph., das Beweisverfahren nach Langob. Rechte.	1872	„ 1. 50.